

mati: que Agnes postea duxit ducem Au-
 strie.] Eodem anno rex Henricus et
 imperator, ordinavit apud principes Al-
 manie filium suum Fredericum eligi in
 regem Romanorum, et omnes consense-
 runt, licet postea aliter factum fuit.

Anno Domini MCC. natus est Lo-
 dovicus primogenitus Hermannii Land-
 gravii V. Kalend. Novembris, de matre
 sua Sophia, filia ducis Bavarie, pius
 et benignus princeps. Ipse igitur puer
 erat optime indolis, pulcherr^{us} aspectu, vul-
 tu decorus et visu, fuit etiam pius,
 pudicus, providus, justus, et multum
 affabilis. Ipse etiam in diebus vite sue,
 nec comedit allecia, nec bibit cerevisiam.

quatu^r pulchri
 2/123

Eodem anno obiit Conradus Magunti-
 nensis archiepiscopus. Iste Lodovicus ac-
 cepit beatam Elisabeth. Hermannus fra-
 ter suus adolescens obiit in Senache,
 sepultus ad S^{anctam} Katharinam ibidem. Ter-
 tius frater Henricus, electus fuit in re-
 gem Romanorum. Quartus frater Conra-
 dus ipse obtulit se ordini Teutonice.

Anno Domini MCCI. In Acon civi-
 tate ordo Theutonicorum incepit.

Chr. Minor. 1202

Anno Domini MCCII. Conradus
 Wirzeburgensis episcopus occisus est
 VIII Idus Decembris, cui successit Hein-
 ricus, scolasticus ejusdem ecclesie.

Cr. l. 7. tit. (l. 1. § 1)

ep. Alan n. 55.

Anno Domini MCCVII. Beatus Fran-
 ciscus incepit penitentiam agere, et
 initia-

Chr. Minor. 1206.